3066 [*I*]ovi Liberta[*ti*][1] | sacrum. | Positum aedil.[2] | P. Valeri Bassi | praef. fabrum.

Tusculi (I 1124. XIV 2579 Ritschl tab. LXXV l). — 1) *Cf. ad eam quae sequitur.* — 2) *Aedilitate.*

3067 cúratóres | Iovi Líbertati[1].

Olim Bagnacavallo inter Ravennam et Faventiam, iam Ferrariae (XI 657 vidit Mommsen). — 1) *Iovis Libertatis aedes etiam Romae fuit in Aventino, cf. mon. Ancyr. IV 6.*

3068 Iovi Iuventuti[1] | sacrum | Cn. Domitius Afri[2] libert. | Ingenuus, accensus.

Sutrii (XI 3245 vidit Bormann). — 1) *Alius titulus* Iovi Iuentuti *positus est IX 5574.* — 2) *Patronus fuit Cn. Domitius Afer celeber orator temporum Tiberii et Claudii.*

3069 Iovis tutelae | C. Hostilius | Aemilianus | vet. Augg. nn. | v. s. l. m.

Poncarale prope Brixiam, nunc Brixiae (V 4243 vidit Mommsen).

3070 Victoriae aeter|ni im|victi *(sic)* Iovis | optimi maximi | M. Val. Caminas | castelli restitutor. | Autolycu[*s*][1].

Ad oram Liguriae in vico Taggia (V 7809 vidit Mommsen). — 1) *Vocabulum alia litteratura adiectum.*

3071 C. Calvisio | L. Passieno cos.[1] | M. Menius M. f. Rufus [*s*]ac. VI[2], | [*L*]. Vibidius L. f. sac. II[3], | Iovi aer[*i*]s[4] et dis indigetibu[*s*] | cum aedicl[*a*] et base | [*et ae*]di et porticu d. s. [*p*].

Inter Soram et Verulas in viva rupe incisum litteris parvis (X 5779 Mommsen vidit ectypum). — 1) *A. u. c. 750.* — 2) *Videtur intellegendum esse: sacerdos sextum,* 3) *sacerdos iterum.* — 4) *Vocabulum non nimis certae lectionis (quarta littera periit, secunda incertum utrum fuit* E *an* I *an* T *cet.); neque de* et *quod sequitur constat.*

3072 L. Ru[*be*]lliu[*s*] | Geminus c[*os.*][1] | Iovi Latia[*ri*][2] | *vo*]tum.

In monte Albano rep. (XIV 2227). — 1) *Consul a. p. Chr. 29.* — 2) *Cf. supra ad N. 2990.*

3073 Iovi | Apenino[1] | T. Vivius C[*ar*]|mogenes [*et*] | Sulpicia Eu-[*phro*]|syne coniu[*x*] | v. s. d. d.

Prope Sch(i)eggiam (non longe ab Iguvio), ubi via Flaminia transibat montem Appenninum, rep., est Veronae (XI 5803 vidit Mommsen). — 1) *Aedem Iovis Apennini prope Iguvium notat tabula Peutingerana. Cf. etiam vit. Claudii 10 et Firmi 3.*

3074 Iovi o. m. | Appennino | conserva|tori | dominor. | nn[*n.*][1] fortissimo|rum | felicissimo|rumque | imperatorum.

Rusicade (Philippeville) Numidiae rep. (VIII 7961 vidit Wilmanns). — 1) *Tertia* n, *pertinens ad Getam, scalpro deleta est.*

3075 I. o. m. | Appennino | M. Ulp. Valenti|nus dec. col.[1] | v. s. l. m.

Szent Györgyvålya, inter Sarmizegetusam et Apulum Daciae (III S. 12576 = arch. ep. Mitth. 14, 1891 p. 110 vidit Cumont). — 1) *Decurio coloniae (Sarmizegetusae).*

---

archive.org